



**R. P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

Regnault, Valère <1543-1623>

Mogvntiæ, 1617

Cap. 22. De interruptione, & cessatione suspe[n]sionis,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78477](#)

REGINAL
PRAXI:
FDRJP
E.V

844

Liber XXXII. tratt. 2. De ratione iudicandi de peccatis

36. ea, ac si absque addita restrictione, Donec satisficeris, prolatæ esse illa ipsa sententia. Vnde fit ut ob violationem illius non minus quam alterius suspensionis ab ordine, irregularitas incurritur.

Quartum dubium est. An ille qui suspensus ab inferiori ordine quo initiatus est, vt à Subdiaconatu: si superiorem vt diaconatum, durante ea suspensione suscipiat irregularis fiat? Respondetur, si in ordinatione nullum actum exerceat ordinis a quo est suspensus, vt v. g. suspensus à Subdiaconatu in susceptione Diaconatus non canet Epistolam solemniter: sed solum gerat se pro Subdiacono, in habitu Subdiaconi non incurritre irregularitatem: sicut nec si in solemnissimæ supplicatione, in eodem apparatu incederet inter eos qui sunt initiati eodem ordine. Ratio est quia id non est exercere actum proprium Subdiaconi, sed solum ferre illius insignia: sive vt solemnitate actus, scorsim ab eodem actu. Cum igitur iuxta antedicta ad irregularitatem incurrandam ob violationem suspensionis, requiratur exercitium actus eiusdem ordinis cum solemnitate: fit vt sicut exercitium actus eiusmodi sine solemnitate, non sufficit ad irregularitatem incurrandam; ita nec solemnitas sufficiat sine exercitio, actus: debentque ad id simul concurrere actus proprius ordinis, & solemnitas spectans ad substantiam eiusdem actus: sicut concurrent in Subdiacono canente cum manipulo Epistolam.

37. Quintum dubium est. An si Episcopus suspensus à Pontificibus, in illis celebret incurrit irregularitatem? De eo Angelus Susp. nro 3. nro 3. refer. Hoffensem sensisse non incurritre. Ipse vero, vt & Nuar. in Enchir. cap. 27. numer. 163. sensit incurritre. Explicandum autem videtur declaratione nominis Pontificibus, quo intelligi possunt vel apparatus Pontificales, vel actus proprii Episcopi. Licer enim controversia sit utrum Episcopatus sit ordo diuersus à Sacerdotio, an tantum eius extensio: conuenit tamen inter omnes, Episcopam habere aliquam potestatem ordinis supra Sacerdotem: & per consequens habere aliquos actus ordinis proprios, vt sunt conferre ordines, benedicere Christum, nonnullisque alijs. Si ergo sensus propositi dubij sit, an celebrans in apparatu Pontificali incurrit irregularitatem, negandum est incurritre (etiam si peccet & surpando solemnitatem a qua est suspensus) quia talis apparatus non spectat ad substantiam celebrationis, sed solum ad solemnitatem, ad hoc institutam, vt augeatur populi deuotio, & reverentia erga suum Prælatum.

Vbi aduerte, quod tune solemnitas, seu apparatus censeatur spectare ad substantiam ordinis, a quo quis suspenditur, cum declarat actum cui adhibetur, exerceri tanquam officium proprium talis ordinis, prout apparatus tunicella cum manipulo declarat tantum Episcopale tanquam officium proprium Subdiaconatus. Si ergo durante suspensione ab aliquo ordine, apparatus eiusmodi vñpurtur exercendo solemniter actum eiusdem ordinis, incurrit irregularitas iuxta antedicta: non item alias, nempe quando apparatus ipse ad substantiam actus non spectat: sicut apparatus Pontificalem non spectare ad celebrationem Missæ, constat: quia ideo non declarat illam exerceri tanquam officium proprium Episcopatus, quandoquidem est Sacerdotij propria: adeo ut Episcopus non nisi vt Sacerdos Missam celebret: quodque dicitur Pontificaliter celebrare non est quod exercet officium proprium Episcopatus, sed quod in celebrazione vt atropompa concessa Episcopo, ad excitandam erga ipsum reverentiam populi.

Quod sensus propositi dubij sit; utrum si suspensus à Pontificibus celebret Pontificaliter, id est, exercendo actum aliquem proprium Episcopatus vt conferendo ordines, irregularitatem incurrit, concedendum est incurrire congrueret antetraditæ regulæ.

38. Quam aduerte ex Maiolo lib. 3. de irregularitatibus cap. 19. n. 16. non habere locum in eo qui accessit ad celebrandū sine villa conscientia sua suspensionis, recordatur vero illius in ipsa consecratione, vel post consecrationem, vel ante quidem, sed sine scandalo nequit desistere a celebratione. Talis enim sine scrupulo irregularitatis potest perseguiri Missam, quæ præceptum de integratitate sacrificij & vitando scandalo est de iure diuino, cui credit ius humanum a quo est suspensio.

CAPUT XXII.

De interruptione & cessatione suspensionis.

SUMMARIUM.

39. Suspensione singulari redditur per precedentem appellationem.
40. Quando interrupatur per appellationem sequentem.
41. Quorum auctoritate interruptri possit suspensione.
42. Suspensione sub conditione, cessat hac cessante.
43. Simpliciter latet: quiris absolutionem: que, a quo dari possit.
44. Potest ab Episcopo, quando a iure lata fuerit ob contumaciam, nec reseruata: non item quando lata fuerit in personam delicti committi, nisi illud sit adulterium, aut alius minus eo.
45. Ratio talis differentie.
46. Parochus non potest in talis suspensione dispensare nisi ex delegatione.
47. Forma absoluendi à suspensione.
48. Cautio iuratori: adiungenda absolutioni à suspensione.
49. Non ut ab uso ab excommunicatione, sic absolutio à suspensione danda est in iure.

Prius pars capituli de interruptione suspensionis.

Suspensiō dupliciter interruptri potest: uno modo per appellationem; altero per auctoritatem Superioris. Appellatio vero quædam præcedit suspensionem, & quædam sequitur: atque illa quæ præcedit, non tam dicitur interruptere suspensionem, quam facere irritam, & nullam quia cum quis appellavit ad iudicium superiorum, iudex inferior non potest amplius procedere in infereda suspensione: ita ut illata post appellatio[n]em nulla sit, prout Nuar. in Enchir. cap. 27. numer. 165. deducit ex Cap. Is cui, §. finali De sententiæ excommunicati. in 6. & ex Cap. Adhæc quoniam, De appell. In quibus mentio quidem tantum est excommunicationis, & interdicti: sed in suspensione est eadem ratio. Quod tamen aduerte accipiendo cum exceptione casuum, de quibus in iure habetur ut appellatione postposita, possit iudex procedere, aut etiam in quibus appellatio euidenter iniusta est, seu fruola, nec probabilis, prout habet Syl. in verbo Suspension. num. 3. & ratio est: quia remedium appellationis introductum est, vt oppresiorum leuamen esset, non autem ut malorum patrocinium, ex Cap. Ad nostram, De appellationibus.

Per appellationem autem quæ sequitur latam suspensionis sententiam, suspensione ipsa non interrupitur, quando est a mere spiritualibus, vt ab officio, ab ingressu Ecclesiæ, &c. iuxta Cap. Is cui De sententiæ excommunicati. in 6. iuncta ipsius glossa ad verbum Sequentem: cui assentientur Panorm. ad cit. Cap. Adhæc quoniam, nu. 1. Angelus. Suspensiō 2. nu. 1. Syl. eodem verb. num. 3. Interrupitur autem, vt iure addunt, cū suspensione est a temporalibus, vt ab ingressu possessionis, pomerii, horti, &c. nisi aliter suadeat ratio, vt cū necessitas postulat sententiam ipsam executionis statim mādari.

Quod si suspensione sit a rebus mixtis, id est, partim spiritualibus, partim temporalibus, ipsa post latam sententiam interrupitur per appellationem ea ex parte qua est a temporalibus, non item ex ea parte qua est a spiritualibus. Sic enim Angelus & Syl. loco cit. post Hoffensem inquit latam suspensionem à beneficio non interruptri per appellationem ex ea parte qua suspendit quoad titulum, qui est quiddam spirituale, sed ex ea parte qua suspendit quoad fructus, qui sunt quiddam temporale. Quod exemplum non videatur accommodatum: quia vt cap. 2. documento 8. annotatum est, suspensione à beneficio, non est à titulo, sed solum à fructibus beneficij. Accommodatum autem potest esse suspensione à Pontificibus, quorum nomine significatur unus apparatus Pontificalis, qui est temporale quiddam: ideoque suspensione ab illo potest interruptri appellatione facta post illam latam, vt loco cit. post Hoffensem tradit

Panor.

Panormit. Tum etiam actus proprius ordinis Pontificialis: qui cum sit quiddam spirituale; suspensio ab illo non interrumpitur per sequentem appellationem.

Iam quod & lata suspensio interrumpi possit per autoritatem Superioris a quo lata est; & ex consequenti a successore, vel Superiori ipsius, patet ex eo, quod possit illam in tota tollere, ac multo magis illam ad tempus interrumpere: praesertim cum censura Ecclesiastica non habeant vim, nisi ex voluntate proferentes illas; adeo posse, si voluerit, earum effectum suspendere, saltem absoluendo ad reincendium, iuxta ea quae in praeced. lib. 9. cap. 3. in fine dicta sunt.

*Posterior pars capituli de cessatione
suspensionis.*

Quod attinet ad cessationem suspensionis; quando haec sive a iure, sive ab homine lata est in aliquem sub conditione, & nec satisfecerit, aut donec penitentia, vel ad aliquid tempus determinatum, ex ipso quod fuerit satisfactum; vel lapsus tempus praesinitum, ipsa cessat: nec est opus absolutione; iuxta glossam ad Clem. I. De decimis, verbo Donec: quam approbat Panormit. ad cap. Cum tu. De vñris, nr. 6. Angelus Suspenso 4. in principio, & in eodem verbo tum Sylvestri quæst. 8. tum Tabiena numer. 11. & Nauar. cap. 27. numer. 161. sub finem, & Couar. cum aliis quos citat in Epitome 4. Decretalium, capit. 6. numer. 16. vñbi & communem sententiam efficit.

Cum vero suspensio lata est simpliciter; ad eam tollenda, videlicet tradit, necessaria est absolutione; quam dare potest, siquidem suspensio sit ab homine, solus ille qui tulit, vel successor, aut Superior ipsius, vel alius ex eius commissione, argumento Cap. Si Petrus, 24. quæst. 1. & cap. Pastoralis, De officio Ordin. S. Præterea. Quamquam Syl. verb. Suspensionis, in fine refert tres causas in quibus non potest quis restituiri a suo suspensori. Primum ex Cap. Excommunicationis, De haereticis: secundum ex Cap. Graue, De præbendis: tertium ex Cap. Ex tua, De clericis non residentibus; sed bene nos Nauar. in sequenti num. 162. in fine reiicit.

Sin autem suspensio sit a iure, & reseruata, est potest illam tollere cui est reseruata, iuxta ea quae in praeced. lib. non ca. 1. sect. 1. dicta sunt de absolutione ab excommunicatione reseruata. Quod tamen intellige cum moderatione ea qua per Concil. Trident. sess. 24. cap. 6. licet Episcopis ab omnibus suspensionibus ex delicto occulto præuentibus, excepta ea qua oritur ex homicidio voluntario, & exceptis aliis deductis ad forum contentiosum, etiam Sedi Apostolica reseruata, delinquentes quoscumque sibi subditos in Diccesi sua, per seipso, aut Vicarium ad id specialiter deputandum, in foro conscientia gratis absoluere imposita salutari pœnitentia.

Si vero suspensio a iure non sit reseruata; vel ei infligatur propter contumaciam, & non in pœnam delicti: tuncque haec sit a iure communi, sive a particulari, & sive confirmata per Papam, sive non confirmata; ab ea absoluere potest Episcopus per se, & per suum Vicarium, ex communi sententia, teste Nauar. in Enchirid. cap. 27. num. 162. in quam citat Cap. Nuper, De senten. excommunic. & cap. Ex literis, De constitut. ex quorum neutro satis confirmari, bene ostendit Suarez tomo 5. in 3. partem D. Thomæ disput. 29. sect. 2. num. 3. adeo ut possit id pendere ex legitime prescripta consuetudine, cuius testis sit communis Doctorum consensus. Vel infligitur suspensio in pœnam delicti; quod vel est occultum, & tunc similiter possit Episcopum absoluere, manifestum est ex ante memorata facultate Concilij Tridentini: vel est publicum; tuncque iuxta glossam ad cap. Cupientes, De electione in 6. §. Ceterum, verbis Suspensionis, & ad Clem. primam, De haereticis, §. Verum, verbis Excommunicationis) si suspensio imponatur ad tempus praesinitum, non potest Episcopus ab ea absoluere: sin imponatur indefinite, seu ad tempus perpetuum, potest.

Quod eti Panor. ad cap. Tam literis, De testibus, numer. 3. communem sententiam esse fateatur: existimat etiam tum ibidem, tum ad cap. 2. De solutionibus numer. 5. post eum Nauar. in citato num. 162. non modo cum suspensi est temporaria, sed etiam cum est perpetua, Episcopum ab ea ab-

soluere non posse, nisi fuerit imposita ob adulterium, aut ob alia minoria delicta: in quibus ille dispensare potest, iuxta Cap. At si, De iudiciis, §. De adulteris, vñbi Doctores id annotare solent: eo quod ius illig faciendo potestatem Episcopo dispensandi in talibus criminibus, censetur facere & dispensandi in pena imposta a lege ob illa præsertim cum crimen perpetrato, dispensare in illo non possit esse aliud, quam dispensare in pena ob illud incursa.

Cur autem ab imposta propter contumaciam potius, quam ab imposta in pœnam delicti, possit Episcopus absoluere, rationem hanc in dicto num. 3. Panormit. adfert, quod Index inferior non debet remittere pœnam infictam auctoritate juris, iuxta illud in cap. Si quem, 2. quæst. 3. §. Accusatorum. Facti quidem quæstio in arbitrio est iudicantis; pœna vero persecutio, non eius voluntari mandatur. Inde enim sequitur, quod eti Episcopus possit tollere suspensionem a iure communis impositam propter contumaciam: quia talis, inquit Panormit. imponitur quodammodo sub conditione tacita, donec satisfecerit; non possit tamen tollere suspensionem ob delictum infictam: quoniam ipsa est pœna, absolute, & absque conditione imposta per Superiori in vindictam delicti commissi, que perficerat quamdiu vult idem Superior eam durare. Vnde patet illius esse efficere, vt ipsa cesset: non item alterius nisi teneat eius locum: vt successor, aut Vicarius ipsi sufficiat, vel in ipsum habeat imperium, vt Superior cuius iurisdictioni subiecto in foro externo.

De quoru numero, cum Parochus non sit, concedendum est, nec esse de numero eorum qui possunt tollere suspensionem, nisi ei facultas ad id delegetur. Nec dici potest quod vt Parochus potest absoluere ab excommunicatione non reseruata, sic ob paritatem rationis possit & a suspensione non reseruata. Nam ratio concessa facultatis absoluendi ab excommunicatione, est quod haec sit impedimentum absolutionis a peccatis, quam suspensio minime impedit: nec enim haec, sicut illa, excludit ab omni Sacramentorum perceptione. Ita videri possunt accuratius tractata apud Suarezum in citata disput. 29.

P O R R O licet absolucione a suspensione non habeat in iure determinata aliquam verborum formam: sed quibuscumque verbis illam experimentibus facta, tenet, valida quae sit sicut & absolucione ab excommunicatione: communiter tam ex Syu. verb. Absolutio, 6. dub. 2. & verb. Suspensionis, quæst. 8. & ex Nauar. in citato cap. 2. num. 162. a Doctoribus seruari solet istiusmodi forma; Absoluo te a vinculo suspensionis, quam incurristi propter talem, vel talern, causam, & restituio te pristinæ executioni, in nomine Patris & Filii, & Spiritus sancti. Iam cum una suspensio tolli possit sine altera, quod est commune censuris omnibus, quando plurimum absolutione datur, singulari causa sunt exprimenda; alioqui non tollerentur omnes: sed solum designate per suas causas: quemadmodum de excommunicatione diximus libro 9. num. 80.

De iis que debent eidem absolucioni adiuncta esse, illud solum traditur, quod Nauar. in sequenti num. 165. confirmat ex cap. Venerabilis, & cap. Ex tenore, De intent. excommunicationis: in ea, sicut & in absolutione ab excommunicatione, iurari debet; quod clarius tradit Henriquez in sua summa libr. 13. cap. 35. §. 3. inquit, in quibusdam casibus grauioribus ante absolutionem suspensionis, præmitendam esse cautionem iuratoriam de parendo mandatis, & pœnis Ecclesiæ.

Ceterum quamus absolucione ab excommunicatione interdu detur: immo dari debet non potenti, atque adeo inuito, prout habitat est in praeced. parte 2. libro nono cap. tertio, dubio primo: id tamen non confundit fieri in suspensione. Cuius rei ratio esse potest, quod haec non tam præiudicet saluti animæ, quam excommunicatione; itaut possit quis ea irrestitutus (quod expressit Caet. in verb. Suspensionis) & ab excommunicatione tam maiore, quam minore, & a peccatis absoluiri, sicut & sacram Euchæsiatam suscipere. Non enim vt absoluere, sic absoluiri est, officij vñs, quo suspensio priuat. Adeo, secundum communibus suffragiis Ecclesiæ priuari, sicut priuatur in nodatus maiore excommunicatione. Verumtamen ex eo quod suspensus, a peccatis absoluutus, non habet ut possit exercere actum a quo suspenditur. Ad

tales exercitium enim non sufficit sola reconciliatio cum Deo, sed requiritur specialis absolutione à suspensione ipsa, nisi fuerit ea conditionalis, conditioque fuerit expleta.

C A P V T X X I I I .

De depositione & degradatione.

S U M M A R I V M .

50. Differentia inter suspensionem & depositionem ac degradationem, & harum duarum differentia inter se.
 51. Quando depositio fit censenda verbali, & quando actualis.
 52. Verbalis degradatione qualiter fit facienda secundum Concilium Tridentinum.
 53. Quomodo sit iniuste affecta, & differant degradatio verbalis & actualis.
 54. Actualis priuat privilegio Clericali; non autem verbalis.
 55. Verbalis & tantum degradatus potest restituiri ab Episcopo: & degradatus actualiter potest a solo Papa.
 56. A ianuam apud dios authore pro soro externo videnda.

DEPOSITIO & degradatione non ponuntur in numero censoriarum, quoniam haec sunt poenae medicinales, & illae sunt tantum vindicativae. Eadem autem, ut artigit Sylvestris verbo Degradatio, in principio, priuat quidem ipsum rebus quibus suspensio, sed aliter: nimis ut ab ipso restitutionis in existimatum statum et sumque eoramdem bonorum, iuxta Cap. Si quis Episcopus damnatus, & cap. Tengualdus, 11. quarto tertius, & cap. Veritatis, De dolo & contumacia, in fine: que spes non tollitur per suspensionem. Hinc differentia alia accedit, quam late tractat Suarez tomo 5. disput. 30. sect. 1. quod suspensio à beneficio, priuat tantum fructibus beneficij, & depositio à beneficio, priuat eodem; & cum suspensio à iurisdictione, priuat illius ipsius, depositio à iurisdictione, priuat illius possessionem, & quasi dominio. Depositio autem ab ordine non potest ordinem priuare, quia si amittit non potest, ut nec charater illius deleri.

An autem priuat beneficio habitu, idem ibidem disputum 13. & aliquot sequentibus: explicatque distinctionem; inquit, impositam à iure non priuare, quia aequiparatur irregularitatibus, quae taliter priuatione non inducit. Item, quia nullalege habetur declaratum, depositionem ab officio includere depositionem à beneficio: neque pena amplianda est ultra vim verborum legis. Imposita vero ab homine posse probabilitatem censeri priuare: quia qui dignus est perpetuo priuari officio, propter quod datur beneficium, dignus est etiam priuari beneficio ipso. Qualis priuationis meritis à iudice, quando homo ratione delicti, scilicet in eo statu constituit, ut talis pena fit ratio sententiae, tanquam delicto proportionata. Porro beneficium habendum etiam depositio à iure imposita impedit: sicut irregularitas, propter impedimentum quod adferre sequendū officium eidem beneficio annexi.

Cum autem duplex distinguitur degradatione in cap. 2. De penitentiis 6. una verbalis, & altera actuosa; illam peculiariter significari nomine depositionis, confirmari, potest ex verbis cap. Ad audiencem, De criminis falsi, cum dicitur: verbalis degradatione seu depositio; illa enim particularis distinctione, si uideat inter degradationem verbalem & depositiōem esse differentiam, tantum nominis, non autem rei.

Aduerte tamen depositionem duplimentem esse: unā in qua tanquam absoluta sifitur, qualis censetur omnis ea que imponitur à iure: ut in cap. 2. distin. 50. & in cap. 5. finali, De homicidio in 6. Alteram, quae via est ad degradationem, & exercenda ab Episcopo, tanquam degradationi præmittenda (vnde nunquam imponitur à iure: nec incurritur ipso facto) istamque esse, que degradatione verbalis appellatur. Tunc autem ea contingit cum depositionis sententia ab Episcopo proprio, vel ab alieno de ipsius commissione tertior in aliquem sine ea solemnitate, qua degradatio auferuntur insignia sui ordinis. Actualis vero, sine solemnis (quemadmodum) vocatur, tam in cod. cap. 2. tum in Concil. Trident. sect. 13. cap. 4. De reformat.) cum ab eo qui degradatur,

imitatione exauthoratiois armata militia, vestimenta, & singula insignia ordinum auferuntur, incipiendo ab eo quod ultimum traditum fuerat in ordinatione, descendendo gradatim usque ad primum quod datur in collatione primi tonsuræ abradingendoque ac tondendo ipsius caput, ne tonsuræ seu Clericatus vestigium in eo remaneat, iuxta extum expressum in eod. cap. 2. ubi plenus de hac re agitur, proposita etiam formula verborum, que potest usurpari in tali exauthoratio. In quibus, cum vix quidquam faciat ad Confessarii institutionem, nihil est quod immoremur: vt nec in eo quod ibidem habetur de verbalis degradatione; si ea sit Clerici constituti in maioribus ordinibus, debere à proprio Episcopo fieri, assistente certo à canonibus definitio numero Episcoporum: sex nimirum, sit degradandus sit Sacerdos: vel trium, si Diaconus, ex ea. Felix, & sequenti 15. quæ 7. (Idem quod de Diacono esse dicendum de Sedis diacono, docet glossa ad memoratum cap. 2. verbo Canonibus) vel demum duodecim, si degradandus sit Episcopus, ex eodem cap. Felix. Si autem degradatione fit Clerici constituti tantum in minoribus ordinibus, satis esse proprii Episcopi sententiam absque aliorum Episcoporum praesentia, vt in memorato cap. 2. §. 1. expressum est; et si ut glossa admonet ibidem ad verbum Praesentia, Capituli proprii praesentia requiratur.

Verum non est silentio prætereundum, his à Concil. Trident. sect. 13. cap. 4. De reformat. derogatum esse per illud quod statut, licet Episcopo per se, seu Vicarium suum in spiritualibus generalem, contra Clericum in sacris etiam Presbyteratus ordinibus constitutum, ad illius condemnationem, nec non verbalem depositionem: & per seipsum etiam ad actualē & solemnem degradationem ab ipsi ordinibus, & gradibus Ecclesiasticis, in casibus in quibus aliorum Episcoporum praesentia in numero à canonibus definito requiritur, etiam absque illis procedere: adhibitis tamen, & in hoc sibi assentibus totidem Abbatibus, sum in tra & baculis priuilegio Apostolico habentibus, si in ciuitate aut Diocesi reperiiri, & commode interesse possint: alioquin aliis personis, in Ecclesiastica dignitate constitutis, quae state graues, ac iuri scientia commendabiles existant. Hec Concilium. De eo quod tales debeat assistere tanquam affl. flores ad f. rendam sententiam; itau suffragia petenda sint à singulis, nec Clericus condemnari possit nisi major pars consenserit; videri potest Suarez disput. 30. sect. 1. numero 20.

SIC AVTEM inter se affecta sunt duas illæ species degradationis: ut actualis degradatione sit quadam executio verbalis degradationis, quemadmodum habet Angelus & Sylvestris verbo Degradatio, ille in principio, & hic numer. 1. s. b. finem. Differunt vero primo, quod actualis (ut habet quoq; Sylvestris ibidem, & patet ex Pontificali Romano, fol. 204. col. 4.) non requirit numerum Episcoporum, sicut verbalis: quando quidem, ut predictum est, ea requirit assentientiam Episcoporum, vel aliorum qui vices ipsorum subeant, tanquam iudicium à quibus cognita causa, decerni debet talis pena quæ in degradatione actuali supponitur, iam decreta per degradationem verbalem: cuius, tanquam sententia iam latet, executio est.

Secundo differunt (quemadmodum idem Sylvestris in sequenti numer. 8. etiam annotat & ante cum Angelus verbo Degradatio numer. 1. & 2. quod actualis degradatione priuat priuilegio tam fori, quam canonis: itau ex quo aliquis est actualiter degradatus, index secularis possit illum iudicare. Et si, ut addunt idem aii hores, tutius sit per Iudicium Ecclesiasticum, curia seculari degradatum (cum puniendus est) tradi sub ea forma quæ habetur in Pontificali Romano, fol. 209. col. 3. Vide Sylvestris numer. 4. & 5. Nec item in excommunicatione incurrit qui illum percutserit: Neutrò autem priuilegio degradationis verbalis priuat, ut Angelus & Sylvestris ex Panor. ad ca. ad Abolendam, De hereticis, admonet, nisi potest hanc sequatur incorrigibilitas; quo etiā casu perdit omne priuilegium Clericale, secundum unum intellectum Capit. 1. um non ab homine, De iudicis; quam communem sententiam esse notat Couar. cap. 32. præclarum quæ stionum, nu. 2. et si illa non admittat quoad constitutos in maioribus ordinibus. Immo illa absolute reiiciat Suarez' tom.

5. disput.